

ETA SIGMA PHI 65th Annual Latin Translation Contest (2015)
Intermediate Latin

To be written as an examination, under supervision, within a maximum of two hours. No lexicon or other help is permitted. Please write in ink on every other line of the paper provided. The only identification on the contest papers should be your pen name.

Cicero asserts that for the aged--unlike for youth--dying is a natural occurrence

...breve enim tempus aetatis satis longum est ad bene honesteque vivendum; sin processerit longius, non magis dolendum est, quam agricolae dolent praeterita verni temporis suavitate aestatem autumnumque venisse. Ver enim tamquam adulescentia significat ostenditque fructus futuros; reliqua autem tempora demetendis fructibus et percipiendis accomodata sunt. Fructus autem senectutis est, ut saepe dixi, ante partorum bonorum memoria et copia. Omnia autem, quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis; quid est autem tam secundum naturam quam senibus emori? Quod idem contingit adulescentibus adversante et repugnante natura. Itaque adulescentes mihi mori sic videntur, ut cum aquae multitudine flammae vis opprimitur, senes autem sic, ut cum sua sponte nulla adhibita vi, consumptus ignis exstinguitur; et quasi poma ex arboribus, cruda si sunt, vix evelluntur, si matura et cocta, decidunt, sic vitam adulescentibus vis aufert, senibus maturitas; quae quidem mihi tam iucunda est, ut, quo propius ad mortem accedam, quasi terram videre videar aliquandoque in portum ex longa navigatione esse venturus.

NOTES:

- line 2: *praetereo, -ire, -ii, itum*: go, pass by
line 2: *vernus -a, -um*: vernal, of spring
line 3: *aestas -tatis, f.*: summer
line 3: *ver, veris, n.*: spring
line 4: *tempora*: here, "seasons"
line 5: *demeto, -ere, -messui, -messum*: to cut down, to reap
line 5: *accommodatus -a, -um*: adapted, suitable to
line 6: *pario, parere, peperit, partum*: to bring forth, produce
line 6: *bonorum*: here, "good things, blessings"
line 7-8: *tam...quam*: so...as
line 9: *ut*: as
line 11: *pomum -i, n.*: fruit
line 11: *crudus -a, -um*: unripe
line 12: *coquo, coquere, coxi, coctum*: to cook; to ripen
line 14: *aliquando*: at last